

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

De Andrea à Chio martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

elegunt inconuertibiliter mancipari, superbia videlicet & inuidia: æquumq; visum fuisse diuino consilio, vt qui superbiam humilitate deiecerit, inuidiamque charitate contruerit, dominium possideat illorum, qui suo deprauati arbitrio, ad memoratas virtutes nunquam adspicere consentiant.

Cap. 14.

Iaque rex Pipinus, magni Caroli genitor, quædam suum clericum, qui Bsunco vocatur, impuris obsessum spiritibus, per Hellarium Archidiaconum ad tumulum beati Maximini destinavit. Is per diuersas reliquorum sanctorum fuerat circumductus memorias, nec illa horribili passione meruerat liberari. Porro vt beati viri liminate tigit, illico purgatus, Dei circa se clementiam glorificare, & sancti Maximini potentia coepit prædicare.

Dæmonia-
ci liberatur.

Idem Pipinus denuo Ericum, genere Alemannum, eadem passione laborantem, qua suprà, direxit. Quem cum catena vinxissent, tamque perfacile alienis viribus cognoscet, vix arte cohibitum, clarissimo confessori obtulerunt curandum. Ita diu fratribus pro miseri erectione certantibus, quadam die, cum rem diuinam agerent, ille confracta catena prorupit se ad tumulum sacri antifitis: & non videtis, inquiens, aduersarios, qui me sibi vendicauerant, vt in fugam versos beatus Maximinus persequeatur? Hic ei finis processit infania. Eiusdem Pipini regis ex filia nepos, nomine Cunibertus, atrociter à dæmone vexatus, multis autem locis circummitis, ultimò ad sanctum virum perductus, tandem ab ea peste purgatus est.

Cap. 15.

3. dæmo-
niaci fanan-

tur uno die.

Et, vt à singulis ad turbam liberatorum transeamus, quandam ad festiuitatem beati pontificis (siquidem tunc maiorem depromit potestiam) tringita septem homines operari, pressi à dæmonibus confluxeré: qui omnes eodem die curati sunt. Ex eodem numero fœminam illam fuisse accepimus, quæ ferebatur quadraginta septem annis pollutio subiecta spiritui. Hac tandem tam diutina exclusus possessione, ipse verò cruciandus igni, simulatum oculis adstantium obiecit incendium, ita vt putaretur tota domus consumptio flagrare: ac digno se odore, hoc est, sulphureo, templum respersit. Tā speciosa sua presentia meritique monumenta præclarus ille angelus dereliquit. Sequenti anno eadem

Item 22. &
23. alijs duo
bus diebus.

solemnitate viginti & duo mundati sunt: porro tertio anno tredecim à sancti viri cœnobio salutis gaudia retulerunt. His, vt arbitror, legere volentes satis superq; instruximus, quæm efficax in sacratissimo viro pellendi spiritus perditos sit gratia, & emineat semper potentia. Cæterū si velimus & hac & multiplicitati aliarum virtutū specie quoties floruerit usq; ad hunc annum, quo scribimus, hoc est, ab incarnatione Domini octingentesimum tricesimum nonū, styli officio designare, nec modum libri tenebimus, & erudito lectori minùs erimus grati, dum similia frequenter narrabimus. In fine igitur nostri opusculi, in commune beati Maximini clementiam flagitemus, vt qui subinde ab alijs infirmitates depulit corporum, multò magis liberare nos dignetur à languoribus animarum: ostendens etiam in hac parte, quantum præualeat: quò nunc peccatorum veniam consecuti, quandoque illius gloriam conspicere, gaudentes etiā propria sorte, mereamur. Amen.

MARTYRIVM BEATISSIMI MARTYRIS ANDREÆ DE CHIO, QVOD CONSTANTINOPOLI obiit, anno primo Pauli II. Summi Pontificis, à Georgio Trapezuntio scriptum.

29. Maij.
Cap. 1.for. * pro-
fessione.

VANDO iam triennio è Creta Constantinopolim navigasse, vniuersam illam urbem cū Galata simul in admiratione atque gaudio reperi non paruo, propter singulare & inauditum multis temporibus Andreas de Chio, pro Iesu Christi & passione martyrum. Fuit enim paulò antem mirabilis constanza per gratiam Dei gestum. Nam ego quidem mensé Nouembri applicui, anno ab incarnatione Domini, M. CCC. LXV. Andreas verò martyr Christi præcipuus 29. die mensis Maii, eiusdem anni coronam martyrij misericordia Christi cōsecutus, in celos ascensit ad eum, pro quo multos cruciatus sustinuit. Verum quod admirabilius ritè consideranti videbitur, illud est, quod nisi Andreæ martyrium di-

fium diuinitùs destinatum diuina gratia Christianis opem tulisset, & animos eorum firmasset, magna in eos clades, ab ærumna ingens ab inimico generis humani, procel- la in morem fuisse effusa. Quidam enim, quem honoris causa non nominio, ex Tra- pezuntana ortus vrbe, Peripateticorum Philosophiæ professor, siue sua sponte, vt Quidam multi aigni, siue impulsus, nescio, nec, si sciām, dicere ausim, Crucem Domini nega- ^{abnegar fi-}_{de Christi.}

Quare Turcarū rex elatus, virum quendā, cuius nomen me fugit, ipsumq; Trapezū- ^{Cap. 2.}
tium militiæ peritissimum in carcerem coniecit: dignum ratus, vt Philosophum con-
ciuem suum volens nolens imitaretur, cupiebat enim eius opera vti in re militari.
Cumq; Christiano non consideret, ad Mahumetum intrudere cupiebat. At ille animo Constantia
martyr: Philosophus, dicebat, in delicijs educatus, maiore spe ipsarum, Christi crucē cuiusdam
negauit: ego autem, qui pro Imperatore meo mortali tot tantosq; labores, cum Scy- Christiani,
this bella gerens tuli, vulneraq; excepti, dixit, & aperto pectore, cicatrices ostēdebat)
pro Imperatore cælesti mortem timebo: absit à me tanta insania. Quæ mens præterea
esset mea, vel potius, quæ stultitia, veritatem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna
calefiaq; regna repudiare, Mahumetoq; adhærere, vrbellorum labores subeam, pe-
ricula magna pro Imperatore mortali suscipiam, gladios in Christianos Christianus
ipse natus distingā: & deniq; in mortem ruere, quam fugiendam cēsuit Philosophus,
vt in æternam ac veram mortem deferar præcepit Hæc ille.

Verū dum hæc Constantinopoli fierent, Andreas febribus grauiter laborabat ^{Cap. 3.}
libemq; se perpetuò fore Reginæ misericordiæ Virgini vout, si euaderet. Sedatis illi- ^{Votū effe-}
cō febribus, paulò pōst quasi ex morte surrexit, & albī se vestimentis induit, vt scili- ^{cōs.}
cet nunquam obliuisci posset munditiem corporis, quam Creatoris obtulit Matri.
Constantinopolim deinde petijt, non vt mercator, aut vagus, quidam magnarum vr-
biū visendarum cupiditate: summa enim in iuuenie viginti & septem annorum gra- ^{Integritas}
uitas atq; constantia illucebat: rarò quis inane verbum ab ore ipsius excidisse audiuit: & probitas
à ioco enim penitus erat alienus. Cur igitur iuit? A grātia Dei, vt ego arbitror, ad mar- ^{Andrea.}
tyrium vocabatur, vt & ipse in celis Christi cū alijs martyribus affisteret, & omnibus
prodestet, qui Philosophi siue leuitate, siue terrore fuerant conturbati. Statim cū in falsō defer-
vrbem applicuit, accusatus fuit, quod cum Christiani conuersaretur, ecclesiastique vi- ^{Aegypti}
seret, quasi Christianus summa cum religione ac deuotione homo, qui crucem Ale- pris merca-
xandriæ negauit, cōculcauit, sputis foedauit, & demum in stercora proiecit. Hac mer- ^{tibus.}
catores Aegyptij, qui tunc in vrbe aderant, ad iudicem detulerunt, seq; ipsos vidisse eū
negantem, confitentemq; quod Mahumeto adhæreret, audiuisse attestabantur.

Trahitur in iudicium Andreas iniquum, accusationeq; recitata, nunquā se à Chio, ^{Cap. 4.}
vbi natus, educatusq; fuit, nisi tunc recessisse affirmabat, idque multis testibus appro-
babat, vniuerſamque Chij ciuitatem hoc ipsum scire aiebat. Iudex iniquus hac in re
non esse audiendos Christianos censebat. Tunc Christianorum multitudo, quæ circū-
fusa stabat, Si, inquit, Christianorum testimonium in huiusmodi causa refutandū est,
Mahumetistarum quoque similiter non recipiendum. Nam sicut nos Christianū fal-
sō accusatum iuste defendimus, sic Mahumetistarum accusationem suorum veram esse
contendunt. Quare prætermisis testibus, res ipsa quārēda est. Nō aliter igitur, quām
Iudæi secundum Mosaicam legem circuncidi suos Propheta vester iussit: quare si ge-
nitalia huius membra simili nota lāsa sunt, morte iure plectetur: sin minimē, cum ipsa
re causa determinetur sua, & nil ambiguitatis hominum animis remanebit. Spoliatur
interea miles Christi, nudusq; à tanta multitudine aspicitur: nullum in eo indicium,
nulla circuncisionis macula, nullum Mahumetistarum appetit vestigium. Exclamat ^{Conuincit.}
ex lætitia Christiani, confunduntur aduersarij, & vici penitus prosternuntur: nisi dia- ^{torēs cius.}
bolico astu adiuti, exposuissent moris esse in Aegypto, minoris homines atatis circū-
cidi, maioris, si ad Mahumetum Dei prophetam conuerrantur, circuncidi si volunt: si
verò abhorrent circuncisionem, nullo cogi modo posse, quoniam melius sit lucrari
animam hominis. ex toto nobis corde adhærentem in cæteris omnibus præter circu-
cisionem, quām rejicere, quoniam circuncisionem reformidet. His rationibus, vel ma-
gis, quia se & fauebat sua, confusus Iudex, nullam pronuntiare sententiam velle in re
tanta dixit, nisi Regem consuluerit. ita enim moris est in causis ambiguis & arduis.

Regem igitur, in carcerem coniecto milite Christi, consultum adiit: cui omnia cū ^{Cap. 5.}
retulisset, interrogatus de ætate ipsius, habituq; omni corporis, iuuenis, inquit ipse, ani-
mo inquietus, atq; magna statura, grandibus ossibus atq; nervis conuallatus. Rex tales
homines habere in militia cupit: Vade, inquit, & primū illi, si noster voluerit esse,

Tt offeri.

Turcam offerimus centurionatum in militia nostra: deinde, prout in virtute ipsum valere con-
princeps eū spexerimus, ad maiora prouchemus. Quod si beneficis non commouebitur, minis at-
allicit obla- que terrore ipsum concutias: & si neutra poteris prauulere via, capite plectas. Altero
tis honoris- igitur die, producō ipso, primū Regis pollicitationes proponuntur mirabili cum
bus. amplificatione, quod caput statim eris, Andrea, centum militum, & à priuatum tra-
tus conditione, cum Principibus connumeraberis: quod facile virtus & diligentia tua
extoller te ad maiora. Verum cùm martyr Christi, nihil respondendo, conteinere
stes Christi. oblata videretur, qui circumfusi erant veritatis hostes, alij argentum atque aurum, alijs
vestes, alij suppelleatilem variam pollicebantur: cumq; in siliēto acris perseueraret,
Ille omnia Quid inquiunt, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidē, ait, vos estis mul-
tò majoribus, quām ego dicere aut excogitare queam: sed res, quas offertis, nulla re-
contemnit. sponsione sunt dignæ. Quid enim caducam hanc vitam atque mortalem putatis ma-
gni aliquid habere, quo cælesti sit præponenda? Erras, ipsi respondent: nam nos, & ad
illam tibi viam aperire studemus, & hanc insuper tibi felicem reddere conamur. Non
coharent, inquit, caduca eternis, non felicibus misera, non profana beatis. Sed quid o-
pùs est verbis? Ego felicitatem huius seculi nihil facio: ego crucem, passionem, sepul-
taramque Christi mei nunquam, auxilio illius fretus, negabo. Stauite in me quicquid
malueritis: vnum rogo, ne me verbis amplius tentetis.

Cap. 6.
Mittitur in

carcerem.

Cæditur fla-

gellis.

Magna cu-
ra adhibe-
tur vulne-
ribus eius.

Cap. 7.
Vnguibus
ferreis lace-
ratur.

Curatur di-
unius.

Cap. 8.
Atrocissi-
mē crucia-
sur.

Hic dicit, coniectus ilicō in carcerem, vinculis catenatus, pedibus atque matibus al-

ligatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit X X. Maij, iacuit. Post meridiem statim pro-

trahitur, & in partem urbis, qua Orientem spectat, prope mare, ducitur, ubi ad palum

nudus alligatus, flagellis atque loris cæditur, acriusque quām dici possit: principio fla-

gellorum & verberum contremuisse dicitur, & manibus ad peccūs contraxis, ac digi-

lis in pugnum compressis, magna exclamasse voce: Virgo Maria adiuua me. Inde pe-

dibus altero ad alterum adductis, stetit rectus in eisdem vestigis, mirabile dictu, vñque

ad Solis occasum. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercet, Trapezuntius

ille, de quo suprà refuli, è fenestra turris, in qua fuerat inclusus, prominens clamabat:

O felicem Christianum, ô beatam quātē genuit insulam, ô nobilissimum atque omni

laude dignum genus, vnde ortus es: Utinam isthic essem tecum, vt eadem paterer pro

Christo. Hæc aliaque vociferabat, martyrij coronam, vt arbitror, desiderans. Carni-

fices autē Andrea reducto, multis pretiosa membra flagellis, lorisque fœdè dilacerata,

vngunt vnguentis, cibum quoq; atq; potum ad fulciendā in corpore animam de Me.

dicorum consilio, quorum multi ac peritisimi aderant, obtulerunt, ac aquam, in qua

non paruum defecati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum. Id faciebant, quod

longior vita eius aliquid ad negationem Crucis afferret, simul & ostenderent, quanti

vitam facerent eius: Fortè etiam, quoniam cum Christianis enutriti sunt, & nonnulli

eorum Christiani fuerint. Nec ignorabant, quomodo martyres Christi olim in die

cruciabantur, & in nocte conualescerat. Quare timentes, ne id diuinū eueniret, me-

dicamentis suis occultare veritatem studebant.

Vigesima prima eiusdem mensis die rursus producitur, denudatusque ferreis vñ-

guibus tergora, quāpridie eius dici fuerant flagellata, dilacerantur, nec quicquam ali-

urd fecit, dixitque miles Christi, quanquam prius contremuit in principio, manusque

ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in ijsdem vestigis tenuit, magnaq; vo-

ce clamavit: Virgo Maria iuuua me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quāpridie vocife-

rabatur, è turri iterū atque iterū repetebat. Adueniente nocte, vnguentis illinitur,

similiter & medicamentis atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infusa, suste-

tatur, quasi charam Crucis hostes salutem eius haberent, magnam ijs rebus inesse vir-

tutem prædicantes, Spiritus sancti gratiam in Medicorum peritiam, cibiique ac portis

cōmoditatem deriuantes. Illucecente namque die, sanus omnino martyr Christi

apparuit, quæ res medicamentis fieri non potest: quæ cùm naturaliter ageret, longo-

re indigent tempore, frequentatione q; cōueniente, ne digesta in dubiū aliquid confe-

rant: quod tamen minimè facere possunt, si denū corpus ac sepius exagitetur, sive

etiam atrocius crucietur. Quæ virtus opem afferre potest præter diuinam? Proseco

nulla.

Vigesima secunda, eiusdem mensis die, producitur similiter post meridiem, ac ma-

nus & pedes sic torquentur, vt ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua

in locis suis remanerent, sed locis suis omnia falirent: qui dolor maximus omnino est.

Cætera similiter gesta dictaque, non ab ipso solū, qui tamen nihil aliud, nisi: Virgo

Maria iuuua me, in principio dolorum, idque semel clamabat: verum etiam à Trape-

zunto

zuntio illo, qui martyrium sic expetebat, vt multis, etiam Mahumetistis, audientibus
sepius repereret, quae dicta superiorius sunt. Medicorum quoque diligentia similiter, i-
mo etiam maior fuisse dicitur. Vigesima tertia die incolamis sanusque non Medico-
rum arte, sed illius primi martyris, & Domini omnium Iesu Christi productus Andre-
as, nouo genere cruciatu vexatur: humeros carnibus per gladios denudant, studentes
semper, ne celerior mors ipsum inuaderet. Sperabat enim, si non acerbitate ac magni-
tudine dolorum, attamen diurnitate se victuros, sed derisi tandem iacerent. Decli-
nato die reducitur, sicuti superioribus diebus, dictis factisque medicamentis quoque
non aliter quam prius adhibitis. Die vigesima quarta eiusdem mensis, eodem modo
flunt omnia, eodemque in loco, quo in die clunes carnibus nouaculis spoliantur, non
subito, sed cum mora, vt doloris acerbitas magis sentiretur. Cetera omnia similiter
acta, vt in superioribus diebus, dictaque eodem modo etiam a Trapezuntio martyre
animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter e turri
clamitabat. Die vigesimaquinta, partes pedum, quae inter genua clunesque sunt, carni-
bus similiter denudantur: cetera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesimasexta
die, sura, id est, carnosae partes pedum, quae sunt intra genua & poplites, similiter carni-
bus denudantur. Ceteraque facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vigesimaseptima
die, femur, quaeque circa ipsum sunt, corporis partes excoriatur. Vigesimaoctaua die,
totum corpus a capite ad pedes verberibus cadit, vt doloribus renouatis, tandem
moueretur. Maxilla quoque una vno iste denudata carne fuit, quam Christiani rapi-
entes seruerunt, fuitque in monasterio beati Francisci in usitato fragrans odore atque
mirabilis.

Vigesimanona eiusdem mensis die, anno primo Pontificatus Papae Pauli secundi Cap. 9.
ultimo producitur Andreas de Chio, martyr Christi praepucius in locum solitum, ad
orientalem urbis partem, prope mare, sanus, viuax, vultu late, decora facie. Mu-
metisti his rebus moti, medicamentorum virtute sic factum afferebant, & ingratitu-
dinem illius accusantes: Non vides, clamabant, Andrea? Tuq[ue] cura nobis habita est:
nostro studio, imo Regis ipsius, incolamis es, & virtute medicamentorum, & Mu-
meti gratia, qui te vult deliramenta Christianorum de cruce ac passione Iesu despice-
re: quae beneficia quoniam ingratus non sentis, morte morieris. Non est mors, sic mors, ait,
sed vita. Quare nolite putare, me verbis vestris terrori posse: nec medicamenta pro-
fuerunt, quippe quae vel in minimis vulneribus vix post multos dies aliquid afferre
possunt. Me autem Crux Domini nostri Iesu Christi, & Virgo Maria ad hunc diem securi per-
conseruauit atque reseruauit. His dictis securi caput supposuit, & ad caelestia regna euo-
cussus abit in vita.

Tunc mortis eius ministri, vt Iudex iusserat, caput & truncu corpus trahere velo. Cap. 10.
citer ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lachrymis effusis circumstabant,
quotum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare projicien-
dum. Illis resistentibus, Regiam aiunt maiestatem esse consulendam, sepelirine veliti-
psum iam mortuum, an in mare projici? Hoc auditio, ipse Iudex ad Regem procurrit,
(nec enim licet Iudicibus, quando Regem consulendum esse audiunt, quicquam fa-
cere vltterius, nisi Regi prius referant.) Sed Christianorum quoque Primates, quam
velociter poterant Regem aedet: qui cum percepisset, quibus cruciatibus, & quandiu
vexatus fuit Andreas, efferuisse ira dicitur, & verbis in Iudicem sic atrocibus vissus fu-
isse, vt examinis ne mutaret quidem Iudex iniquis. Sed ea ira, & illae ingentes mina
simil cum verbis euauerunt. Christianis deinde inbet, vt Andream honorifice, sic
uti decet virum fortem, sepeliant. Qui apposito capite corpori suo, ad Galatam depor-
tarunt. Aderat autem vniuersus vtrarumque urbium, Galatae atque Constantinopo-
lis, populus, viri simul ac mulieres, pueri atque puellae, liberi & serui, nec Christiano-
rum soli, verum etiam Mahumetistarum multi admiratione commoti, non pau-
ciores quam decem millia: qui omnes, alij lachrymantes, alij laudes eius prædi-
cantes, & alij constantiam ac robur animi, alij prudentiam atque grauitatem, alij contem-
ptum humanarurum: multi fidem in Iesum Christum, in crucem & passionem eius,
& in immaculatam Virginem deuotionem narrantes. Tandem in Galatae partem ex-
tremam versus Ortum mari contiguam deuenerunt, vbi est Ecclesia Virgini Mariae, si
recte memini, dicata: ibi depositus iacet.

His ita gestis, magna Rex exarsit cupiditate Trapezuntij viri illius, de quo supradictum Cap. 11.
ximus, liberandi: sed quia honeste id facere, nisi rogatus, posse non iudicabat, per qua-
dam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors

Tt 2 Andreæ

Ecce tibi im
manem cru
delitatem.

Item aliam.
Rufus ali.
as, supera.
lia.

Nota de ma
xilla eius.

Rex Turca-
rum iubet
cum hono-
rifice sepe-
liri.

Efectus martyrij eius. Andreæ atque martyrum illum quidem palam, sed multos quoque alios à periculo liberavit, multos in fide orthodoxa confirmavit, eos, qui ante martyrum suum quauis ratione Mahumeto adhaeserunt, pudore confudit, molestia afficit, ac inani deniq; poenitentia & vexavit & vexat. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus eius: sed niue, frigore glacieque detentus, hyemis marisque tempestate, illic fui vix mense Februario. eam mihi orati gratiam Deus intercessio. ne martyris concessit: vidiq; ipsum iacentem in sepulchro nimirum profundo, situ horido, ea tamen integritate membrorum omnium, eo totius corporis colore, & dignitate formæ, tali vultu splendore & habitu, vt non animum expirasse, sed dormire mihi leuiter sub umbra videretur, ac qui iacebat loco ita humido, vt omnibus iam indumentis, quibus erat inuolutum corpus, putrefactis, nudum totum conspicereatur, praterquam quid genitales partes fragmento lini obtegebantur: exarsi cupiditate descendendi, tangendi, osculandi pedes, manus, faciem præcipui martyris, nec tantum loci humiditas, descendendique difficultas, quantum verba presbyteri custodis, & spes posse id alias commodius facere, detinuerunt. Consilium deinde iniui cum presbtero. N. furto inde Romam reliquias illas deferre sanctas, resque iam ordinabatur: sed nescio, quomodo ille deteritus, sententiam fidemque mutauit suam.

Cap. 12

Author nū cupat v̄ oīi martyrii, & liberatur à periculis. Ego cùm inde decimo octauo Martij die soluisse, statim primo die, imò in ipsa soluendi hora, non in paruum incidi periculum cum nimbis contrâ flantibus, inque faxa nauem depellentibus. Implorauit subito martyris auxilium, promisiq; si ad meos Romam incolmis deuenirem, martyrum eius summatim Latina lingua me conscripturum, Euasi maris & latronum pericula, quodque miraculo est, sénex & grotusque hinc recessi, iunior sanusque ac multò robustior remeauit, nec maris fluuatio, nec terrarum itinera nimirum aspera, quæ à Brundusio Romam æstatis tempore perducunt, mihi obsuerunt. Huc vero delatus, martyris quidem nunquam fui oblitus, sed nocte ac die cum ipso fui, eius memoria fruebar, atque oculis aspicere putabam non solum dormiens, verum etiam vigilans iacentem ipsum in sepulchro. Promissionis autem meæ nunquam mihi venit in memorem, nisi post annos duos, dum Georgij martyris memoria celebratur. Nam cùm ea die recolorem Georgij dolores, quos ille pro Christo Domino nostro subiit, illico pupugit animum promissionis memoria. Nec enim minora tolerauit Andreas, ne dicam multò etiam maiora, propter conditionem temporum, in quibus multo iuuantur exemplo, qui Christum amant: adeò in tenebris charitas intrusa marcescit. Itaque statim eo ipso die calamum accepi, & promissionis debitum iam solui. Tu vero precipue martyr Christi precor intercedas ad Dominum nostrum Iesum Christum pro Ecclesia vniuersali, ac amplificatione ipsius, pro summo Pontifice Paulo secundo, cuius tempora martyrio tuo decorasti, perpetuaque fecisti: & sicut in Græcia perfidiam deieci, sic insurgentes in Italia Platonicos intercessione tua reprime.

DE SANCTIS MARTYRIBVS CANTO, CANTIANO ET CANTIANILLA SERMO, QVI INTER

Ambrostanos est 75. Videtur autem potius esse Maximi Taurinen. episcopi.

Maij 21.



ODIE beatissimorum Canti, Cantiani & Cantianilla natalis est. Quam benè & iucundè tres martyres uno pene vocabulo nuncupantur? Nec mirum, si similes sunt nomine, qui sunt similes passione: si vna est illis apud homines appellatio, quibus apud Deum vna est vocatio. Vniter enim vocati sunt à Domino, non interposito tempore aliter & aliter passi: sed omnes eodem iētu pariter martyrum pertulerunt. Quod quidem illis parentia quadam Christo affectione concessum est, vt congruerent meritis, qui vocabulis concordabant: & qui erant cōsanguinitate fratres, fierēt etiam sanctitatem germani: & quorum membra vnius corporis subitantia vegetabat, corū animas eiusdem fidei cōfessio coronaret. Referat